dictarum rerum stabilitate sua ita disponere & determinare, ne ulla futura mala
inter nos & subditos charitatis suae emergant & oriantur, Convenimus & Concor-
davimus simul cum eandem Chari: sua Haeredib: & Successoribus suis, nec
non cum ducatibus, dominijs & pertinentijs eorundem, Quibuscunque si qui ex du-
catib: & dominijs charitatis suae, adversus subditos nostros Regni & Coro-
nae Bohemiae & eorundem, pertinentijs. Cuiuscunque status, gradus aut Con-
ditionis, existerent, Causam aliquam Judicialem, pro quacunque re exa-
minandam, & iure dicendam haberent, talem vel tales in & sub quo iure
& iudice glebant, & habitant, Convenire & requirere debent, Ad quod
Judicium, causa illa pertineret, finalem & realem, Executionem in tempore
debito, Sicut iudicium illud ex Jure & Consuetudine observat, habere
& consequi non posset, tunc confugere & accedere debent nos, & talibus
ortbus plenarie informare. Quam ob causam apud tales Judices Ju-
ris & Ea, suae finem et executionem consequi non potuerunt. Quibus itaque
cognitis & intellectis, debemus debebimus & tenebuntur, sine omni pro-
tractione mandare & committere Judici vel iudicibus ordinarijs ut si-
ne omni dilatione finalem iuris & iustitiae administrationem & execu-
tionem faciant, Juxta ordinem formam & consuetudinem Juris
illius. Quicquid autem in tali iure in causis quibuscunque, per iudicem
vel iudices diffinitum, & discussum iuridice fuerit, debet sententiam
illam utraque pars acceptare, tenere & sine ulla ampliori appellatione
observare, si autem post talem Commissionem & mandatum nostri voluntatem,
datem, ille vel illi iudices facere haec & exequi neglexerent, aut non cu-
rarent protrahendo vel differendo talem causam ultra iuris debitum,
Tunc debemus ipsi Actori permittere, ut ipse eligeret sibi ex consi-
liarijs nostris Coronae & Regni Bohemiae cum eorum pertinentijs.
Arbitratorem, Qui ei acceptus & idoneus videretur, Qui arbi-